

& habetur supra quaest. 12. uersic. Dixi etiam in princ. Probatur autem innocentia etiam per torturam modo, quo supra quaestio. 62. uersic. forma autem, sibi si uero non probat, infra quaestione 98. uersic. sed nunquid; Modum autem, & causam, quando sententia iam iata quis petit se admitti ad nouas defensiones; uide apud Marfil. ubi dixi in margine rub. de fideiuss. sub numero 280. ad Felin. in cap. ex litteris, coll. mihi 9. de rescript. est autem legitima causa, quando ex actis non constat de delicto, ut ibidem, ut contingit in Capello. Drog. In hoc autem Ducatu. Cart. de execut. c. 1. nu. 72. Ref. Quod praeses Marlianus. Et de altero Doctore istiusmodi familie supra quaestione 64. uersic. quare, an Doctores in fine, & per

qua dixi infra q. 96. uersic. quaeritur nunquid. In hoc autem Ducatu per nouas constitutiones in titul. praesleg. talis admissio remissa est arbitrio Senatus, qui intellectus indicis quandoque illam concedit, & quandoque etiam negat. Regulariter autem istae litterae non conceduntur, nisi petentibus. dicit tamen Boss. in titul. de literis principis, & c. n. 4. n. quod Praeses Marlianus eas quandoque concedebat etiam non petentibus. Et ego etiam semel uidi, quod cum fuissent concessae litterae ad nouas defensiones cuidam Io.

Boss. titul. de Principe sub numer. 208. Cur autem non petentibus admissio ad nouas defensiones concedatur, ut hic, uide Chart. de execut. sent. con. bannit. cap. 1. sub numero 270. alias enim in eadem innocens moderate ut iudicium iniuria, & odio inuicorum, ut ibidem. Drog. An autem admissio eius agentes non curarent eas (ut dicitur) lenare, & presentare, senatus iussit eas transmitti ex officio ad ipsum praetorem, cui mandauit, ut eas exequeretur etiam illo non petente, 4. Septemb. 1557. P. N. An autem admissus ad nouas defensiones statim facta admissione recuperet bona confiscata, & an ipsi incumbat onus probandi innocentiam suam, dixi supra q. 44. uersic. dixi quod, & seq. decret. in verb. confessio. Baiard.

QVÆST. XCV.

De executione sententiarum criminalium pecuniariorum.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1. Que sit forma exequendi sententias criminales pecuniarias. Et an condemnato detur dilatio ad soluendum, prout fit in causis civilibus. ibid.
2. Et quid si reus non habeat modum soluendi, an luere debeat in corpus.
3. Et quid si non infradem legis deliquerit. Et an id seruandum sit etiam contra officiales in eodem syndicatus. ibid.
4. Et quid si pars, cui uenit applicanda pars pena pecuniaria, nolit consentire, quod fiat commutatio in corporalem.
5. Et quid agendum, si condemnatus offerat caere bonis.
6. Et quid si in solutione deficiat in uno nummo.
7. Et quid si reus sit soluendo, malum tamen subire penam corporalem.
8. Index an possit mulctam propter paupertatem remittere.
9. Quanto pars pena applicatur parti offensa, & pars fisco, an tota fisco solui debeat.
Ex Additionibus.
1. Fideiussor de representando, si penam soluerit ob honorum publicationem, potest solutum recuperare a fisco, qui reo principali successit.
2. Fideiussor liberatur confiscatis bonis principalis.
3. Fideiussio praestita ore tenus duras duobus mensibus: in scriptis perpetuo. Iudices qui sint competentes executionem sententiarum criminalium, an ordinarij, uel appellationum, remissiuè. ibid. Iudices qui sint competentes executionum sententiarum criminalium in Regno Neap. an officiales Baronum, uel Regij, quando causa per uiam appellationis ad Regia tribunalia deuoluuntur, remissiuè. ibid. Sententia una contra, & altera ad fauorem fisci, quae sit exequenda, remissiuè. ibid.
4. Sententia contra principalem, an, & quando mandetur executioni contra fideiussores sine nouo processu.
5. Fideiussionis indemptas uenit in eadem officio per modum sequela.
6. Fideiussor solues, (non obstante appellatione interposita per principalem) debet conseruari indemptus, si appellationem nescierit.
7. Clericus fideiubens de iudicatum soluendo coram laico, coram quo Iudice sit conueniendus.

- 8. Qui non habet in are, luat in corpore.
9. Amplia etiam in muliere.
10. Et a quo iud. ce. causa hae sit tractanda civilis, uel criminalis.
11. Et in quibus personis hac regula procedat.
12. Pena corporalis quando subrogatur in defectum pecuniariae est iudici arbitraria.
13. Clericus non habens in are, luat in corpore.
14. Contumax in expensis litis condemnatus non habens in are debet puniri corporaliter.
15. Et quid si pars, cui pena uenit applicanda, non consentiat mutationi. pena. Fideiussor de tuto carcere, uel de representando, admittitur ad cessionem honorum. Sed melius esset pro bono publico contrarium de cerne re. ibid.
16. Mulcta propter paupertatem non commutatur in corporalem, sed potest Index illam remittere.
17. Compositio mulctae fit ad arbitrium iudicis.
18. Index non potest contumaci remittere expensas, & interesse partis.
19. Mulcta propter paupertatem remissa non exigitur, si reus uenerit ad pinguiorem fortunam.
20. Mulcta aliudicata parui non potest remitti.
21. Mulctis geminatis, una tantum soluetur.
22. Pena diuidenda inter fisco, & partem, an, & quando exigatur a fisco in totum.
22. Mulcta unde dicatur.
23. Fiscus potest diuidere rem sibi applicatam cum alio, & illi alibi datur electio. Et alienare rem communem inuito socio, etiam quod minor pars sit ipsius fisci. ibid. Fiscus concurrens cum aliquo in pignore, potest alienare pignus, & anterioribus creditoribus satisfacere, & sibi residuum retinere, ibid. Fiscus potest alienare rem communem, etiam cum ecclesia, ibid. Etiam quod sit diuidua, ibid. Non tamen quando habet solum usum fructuum, ibid. Fiscus in alienatione rei communis debet prius interpellare consortes, ibid. Fiscus non potest rem alienare, non habita fide de pretio, & non praecedentibus subhastrationibus. ibid.
24. Pena applicatur iniuriato, quando ille deliquit, cui erat applicanda.
25. Condemnatio quomodo sit facienda, quando pena est applicanda pro parte fisco, & pro alia accusatori, remissiuè.
26. Fiscus non potest impedire, quin soluat pars pena priuato, cui debetur. Praescripta parte pena applicanda offensa, praescribitur etiam pars applicanda fisco, ibid.

ADDI.

ADDITIONES, Ad Quaest. XCV.

Dones soluerit. supra quaest. 46. uersic. ibi uero; & ibi seipsu allegat. Drog. Quatuor mensium ad soluendum. Hanc regulam cum sex fallentis uide per Soc. mihi sup. reg. 489. Grach. Quandoque etiam. Adde supra quaestio. 46. uersic. sed quomodo ubi dicitur de relaxatione rei sub iuratoria cautione; uide Marfil. Rubr. de fideiuss. numer. 349. & 362. Drog. Si uero reus condemnatus. Adde, quod si fideiussor eum non consignauerit, & penam fideiussionis fisco soluerit, quod fiscus tenetur soluere d. fideiussori d. penam, si bona rei fuerint publicata, etiam quod publicatio honorum ipso iure ueniret imponenda. Becc. consil. 57. sed fideiussor confiscatis bonis liberatur l. si debitor ff. de fideiuss. Marfil. in rubr. de fideiuss. numer. 346. si fiscus uult habere hereditatem banniti. Herc. in tractat. de caut. de non offen. cap. 23. num. 13. & Cuman consil. 32. num. 2. Item adde, quod fideiussio praestita in uoce durat duobus mensibus praestita uero in scriptis durat perpetuo, ut in l. pen. in C. de fideiuss. Afflic. in consil. si uelatus nu. 24. fol. 282. Adde, quinam sint iudices competentes executionum sententiarum criminalium, an iudices ordinarij, uel appellationum late per Herc. in l. a diao Pio §. sententiam Romae col. 9. uersic. ex praedictis ff. de re iud. & in Reg. Neap. an officiales Baronum, uel Regij, quando causa deuoluuntur ad Regia tribunalia per uiam appellationis, habetur per Viu. Fran. in decif. 510. per totam. Itē adde, si duae sententiae contrariae, a duobus iudicibus ordinarijs fuerint latae, quarum una sit contra fisco, altera ad fauorem, quana sit exequenda, habetur per Coua. var. resolut. lib. 1. c. 16. n. 24. Baia. e. Tunc si quidem. Quae nunquam cessat nisi facta solutione Farin. q. 34. nu. 107. vol. 1. Ref. Et si quis quod contra fideiussorem. Adde, quod sententia lata contra principalem, non mandatur executioni absque nouo processu contra fideiussores, qui pro aliquo in instrumeto fideiussissent; fescus si apud acta ita promississent, quoniam tales dicuntur fideiussores contractus, & non iudicij, ita late Bero. in consil. 206. numer. 30. vol. 3. & Herc. de caut. de non offenden. cap. 29. Item adde, quod fideiussor pro eius indennitate, si soluerit penam, poterit implorare officium iudicis malefactorum, ut ab eo indemptus conseruetur, quia id uenit incidere in eodem officio per modum sequela. Bald. in l. cum uendente, C. ubi cause fiscales, quem sequitur Felyn. in capit. cum oporteat Iul. Clar. Sentent. Pract. Cri. m.

QVÆST. CXV.



V A E R O nunc. quae sit forma exequendi sententias criminales. Respondeo quod si quidem condemnatio est pecuniaria, & reus in carceribus detentus, solet retineri, donec soluerit ipsam condemnationem, nec relaxatur, etiam si offerat idoneam cautionem. Et aduerte, quia licet in civilibus condemnatus in pecunia habeat terminum quatuor mensium ad soluendum, ut dixi infra libro proximo. aliud tamen est in criminalibus: nam ille, qui est pro crimine condemnatus ad soluendam penam pecuniariam, non habet huiusmodi terminum. quadrimestris ad soluendum. Et est communis opinio, ut ait Ias. in l. debitoribus, numero 16. & seq. ff. de re iudic. quem refert Boss. in tit. de sent. num. III. sed compellitur ad soluendum statim, uel intra modicum tempus arbitrio iudicis. Quadoque etiam, si dubitetur, an reus habeat modum soluendi, uel timeatur, ne bona eius mobilia occulte alio transferantur, solet (fisco instante) fieri apprehensio honorum condem-

column. fin. extra de accus. & decif. Lucen. 92. numer. 31. Item adde, quod si fideiussor pro suo principali pena soluerit, non obstante appellatione interposita a principali, debet conseruari pro eius indennitate, si de appellatione notitiam non habuerit d. decif. Lucen. consil. 92. Item adde, quod si clericus fideiussionem fecerit de iudicato soluendo coram indice laico, uel ecclesiastico, an Iudex laicus contra eum exequi poterit, Anchar. in c. ea quaer. num. 26. de reg. Iur. in 6. Baia. g. Sin autem reus. Sua rez fol. mihi 481. b. uide Gabr. tit. de fideiuss. conclus. 1. num. 80. Guid. PP. q. 26. Ref. Sed quid si reus. uide Farin. tit. de delict. & pen. uol. 1. q. 26. numer. 1. & 3. ubi quid in nobili, & clerico num. 11. & 12. Et an iudex penam imponere possit corporalem, si pecuniariam non soluerit num. 12. & 14. & Clar. supra quaest. 93. uersic. quae non nunquid. Ref. Si quid si reus. Adde quod videndum omnino ad hanc regulam, qui non habet in are, luat in corpore Marian. Socin. in cap. ad liberandam num. 113. de Iudicis. ubi latissime quomodo intelligatur, & ponit octo limitationes; uide etiam Far. in quaest. 26. per totam. Item adde, hoc etiam procedere in muliere, quae luat in corpore, si non poterit soluere penam pecuniariam, in qua fuerit condemnata, per tex. in l. si quis id quod ff. de iurisdic. omn. iudic. & Foller. in pract. crim. in uerb. notatos capiat de persona numer. 19. Item adde, quod si contingeret, quod aliquis esset puniendus aliqua pena civilis pecuniaria, & quia propter impotentiam non posset soluere pecuniam, debet luere in corpus, licet si posset soluere, iudicaretur ad iudice civilis, tamen hoc casu iudicabitur a criminali, Capic. decif. 27. num. 19. & Franc. in decif. 358. num. 5. vol. 2. Item adde, quod ista regula habet locum in civilibus personis Bart. in l. 1. §. ff. de pen. Salic. in l. & si seuerior. C. de infra. de quo per Alex. in l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. iudic. col. 1. & idē dicit Bal. in Doctore, & iudice, qui male iudicauit per imperitiam, in rubr. C. de poen. iud. qui mal. iudic. Bologn. in authent. habita n. 58. C. ne fil. pro patr. & Fran. in dec. 358. circa fi. uol. 2. Item adde, quod pena corporalis loco pecuniariae erit arbitraria iudici Ias. in d. l. si quis id quod nu. 29. & Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cap. 447. ubi dicit hanc mutationem penaē debere locum etiam in clerico, dummodo fiat a suo Iudice; & idem affirmat Boer. decif. 349. nu. 1. & ibi Menoc. dicit, quod contumax in expensis litis condemnatus, penam feret corporalem, si non habet unde soluat. Et dicta regula habet etiam locum in emenda, & estimatione damni ipso crimine proximo illati. Couar. var. resolut. lib. 2. c. 1. hic allegato sub. nu. 8. leuis tamen puniatur per tex. in l. qui aedes ff. de incend. ruin. naufr. Baiard. Qui

Nun 3

Qui